

Molfesius. Peirin. Lorca. Farinac. Fagandez. Suarez.

de Leone tract. de Jubilao. part. 2. quest. 11. n. 43. Molfesius in summa, tom. 1. tract. 7. cap. 21. n. 62. Peirinis de privileg. Minor. tom. 1. Constit. 4. Sixti IV. §. 5. num. 20. ante illos Lorca 2. 2. quest. 11. art. 4. disp. 45. num. 3. Farinac. de heref. quest. 19. num. 63. Fagandez de quinque precept. lib. 8. cap. 7. n. 89. probabilem dicit Suar.

5. Probatur; primò hæc sententia, quia ut observat Lorca, ex quo Pontificibus innouit, hæc controversia inter Doctores agitari, ut quæstionem sedarent, ac determinarent, expressè crimen hæresis exceperunt, & si postea in aliquo Jubilæo absolvendi potestatem concedunt, nulla facta exceptione, planè videtur ex industria illam abstulisse, & absque ullo discrimine, ac exclusiva, omnia indulgere, ac concedere. Secundo, hoc videtur magis concedere ad finem intentum à Romano Pontifice, ut omnes expediti à censuris, fiant participes magni indulgentiarum thesauri. Tertio, est privilegium & gratia Summi Pontificis, ac Principis universalis, quòd latè est explicandum, ut suppono ex materia de privilegiis. Deinde Concilium Trident. est magnæ auctoritatis, & in multa æstimatione apud Pontifices, & non derogatur per clausulam generalem, cap. Nonnulli de rescriptis.

6. Opponunt primò, stylum Curie, ut sub illis clausulis generalibus non veniat crimen occultum hæresis. Secundo, quia ita fuit declaratum à Gregorio XIII. anno 1576. Respondetur; quòd stylus Curie varius est pro varietate Pontificum; & Fillucius citatus Pœnitentiarius in Romana Curia apud Sanct. Petrum testatur praxim Curie stare pro nostra sententia, vide superiorem resolutionem, num. 9. Deinde, ut dixi superiori Resol. n. 10. stylus Curie varius est, modo albus, modo niger. Declaratio autem Gregorii XIII. non ostendit authenticam, inde eam sequi non tenemur. Deinde illa declarationes Pontificum sunt vitæ vocis oracula, quæ jam evanuerunt. Deinde ut notat illustrissimus Dominus Rodericus à Cunha in explicatione Jubilæi, c. 10. dub. 10. n. 19. ea Henriquez solum habere locum in Episcopis Italiae, quia eorum subditi facillè habent recursum ad Romanum Pontificem. Vide quæ dicam infra Resol. 28. q. 2.

7. Saneius. Vasquez.

Ex quo Saneius in selectis, disp. 44. num. 23. & disp. 48. num. 52. rejicit sententiam Vasq. 3. part. tract. 4. dub. 19. num. 15. & 16. asserentis Dominos Inquisitores debere punire confessorios absolventes hæresim occultam virtute Jubilæi plenarii, at hoc non est dicendum. utuntur enim opinione probabili, inde nec culpam committunt, nec poena digni sunt, ut patet ex l. si punitur, ff. ad leg. Aquil. & cap. suis peruersum, dist. 50. cap. Inventum, Diana verò part. 4. tract. 8. Resol. 109. rem committit arbitrio Inquisitorum.

QUÆSTIO II.

An privilegia sublata sint per Bullam Cœnæ?

SUMMARIUM.

8 Prima sententia affirmans revocari prædicta privilegia.

- 9 Secunda sententia, non revocari. 10 Gregorius XIII concessit non revocari per Bullam. 11 Confirmatur ex privilegio Pii V. 12 Revocantur quæ sunt prætextu, non auctoritate legitima. 13 Revocantur generalia privilegia, non specialia. 14 Declarationes Clementis VIII. & Urbani VIII. 15 Graves Doctores exponunt de absolute quoad seculares, non verò quoad Regulares.

MULTI, & graves Doctores cum Sayro lib. 3. de censur. cap. 25. numer. 5. tenent Mendicantium privilegia revocari per Bullam Cœnæ, quæ quotannis legitur Feria 5. in Cœna Domini, in qua prohibetur dari absolutionem in prædictis casibus, ut ad finem dicitur: Etiam prætextu quarumvis facultatum, vel indulgentiarum, quibuscumque personis quorumvis Ordinum, etiam mendicantium, ipsique ordinibus & eorum monasteriis, &c. Per quæ verba videntur expressè derogata privilegia concessa Mendicantibus, ac cæteris ordinibus.

Tamen quòd prædicta privilegia non sint revocata per Bullam Cœnæ, tenent Veiga. part. summa, cap. 49. casu 1. Doctissimus Mag. Anton. de Souza de censur. disp. 100. Naldus in summa, verb. reservatio. Vivaldus tom. 1. tract. 9. difficult. 61. n. 51. Portel, in additionibus, verb. Abbas, num. 10. Peirinis in additionibus, ad constit. 4. Sixti IV. cap. 2. num. 35. & Bassæus verb. Abbas, §. 2. num. 8. & etiam Frater Martinus à S. Joseph. in regulam S. Francisci cap. 13. §. 8. Probatur; primò, quia ut ait Rodrig. tom. 1. quest. 20. art. 10. Videtur omnino alienum ab auctoritate Summi Pontificis hodie edificare, cras destruere, verb. gratia. in mense Februario, vel Martio concedere, & statim inter paucos dies per Bullam Cœnæ revocare. Secundo, quia frustra innovatur, ut ab unoquoque Pontifice fieri solet prædicta privilegia, si in die Cœnæ ab ipsismet Pontificibus sint revocanda.

Secundo, quia Gregorius XIII. ann. 1564. die 18. Martii. indulgit Patribus Societatis Jesu, ut per Bullam Cœnæ, concessionem illis factam non essent revocata, ut habetur in compendio ejusdem Societatis, verb. Bulla Cœnæ, §. 2. & notavit Suar. de Relig. tom. 4. tract. 10. lib. 9. cap. 20. num. 18. Portel, in dubiis Regular. verb. Bulla Cœnæ, num. 2. De quo per communicationem cæteræ Religionis gaudent, ut notavit Diana 1. p. r. 5. Resol. 6. §. Adde etiam.

Tertio, Suar. citato cap. 20. num. 11. & Coriolanus de casibus reservatis, p. 1. sect. 1. art. 23. num. 6. & Bauny tom. 1. tract. 4. quest. 32. lit. E. ex privilegio Pii V. pro Dominicanis Bulla 3. apud Cruz lib. 1. cap. 6. dub. 14. In qua conceditur facultas eorum Generalibus, Provincialibus, Prioribus, ac Pæpofitis, quam habent Episcopi, ac proinde, si Episcopi habent potestatem absolvendi ab hujusmodi casibus, & etiam hæresis occulta, possunt & Prælati Regulares; quòd autem hæc facultas concessa sit Episcopis à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. absolvendi ab hæresi occulta, & consequen-

8. Sayro. Bulla Cœnæ.

9. Veiga.

10. Souza. Naldus. Vivald. Peirin. Portel.

11. Diana.

10.

Suar. Portel.

Diana.

11.

Suar. Coriolan. Bauny. Cruz.

ter à cæteris casibus Bullæ Cœnæ, quòd autem in Episcopis deur hujusmodi facultas, latè ex multis Doctoribus tenent Doctissimus Souza in Bulla Cœnæ, cap. 23. disp. 100. conclus. 3. num. 7. Fagandez de præceptis Ecclesiæ, tract. 2. lib. 8. cap. 8. num. 32. & 33. Portel, in additionibus, in dubia Regular. verb. Episcopus, Lorca 2. 2. quest. 11. art. 4. disp. 43. num. 10. Nugnus, Sà, Ledesma, Henriquez, Ricciolus, & alii multi, quos citant in magno numero Sanchez in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 27. Barbofa de potest. Episcop. part. 2. allegat. 40. n. 21.

12.

Quarto. Respondent alii, quòd in dicta bulla cœnæ non prohibetur absolute absolvere ratione privilegiorum, sed eorum prætextu; prætextus autem non excludit illud, quòd sit legitima interveniente auctoritate; sed illud quòd sub aliquo velamine, vel colore privilegiorum exercetur, ita citatos M. Souza conclus. 3. & citatus Bauny, Peirinis de privilegiis Minorum tom. 1. constit. 4. Sixti IV. §. 5. n. 6. & sequentibus. Villalobos in summa part. 1. tract. 9. disp. 41. n. 5. cum aliis.

Souza. Bauny. Peirin.

Villalob.

13. Suar.

Quinto. Respondet etiam Suar. tom. 5. de censur. disp. 21. sect. 3. num. 4. & tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 21. num. 5. Per Bullam Cœnæ derogari privilegia generalia, quæ generaliter concedunt facultatem absolvendi à casibus reservatis; non verò quæ specialiter dant talem potestatem absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ; quàm doctrinam confirmat Peirinis ad citat. constit. Sixti IV. num. 15. ex Julio 11. constit. 4. qui declaravit, quòd non obstante Bulla Cœnæ posse, quibus hæc facultas concessa est in perpetuum absolvere à prædictis casibus, quàm confirmavit Paulus IV. Gregorius XIII. & Clemens VI. apud eundem Peirinis.

Peirin.

14.

His non obstantibus insurgit in hac re magna difficultas, quia de mandato Clementis VIII. edita quædam est Cardinalium declaratio, in qua prohibetur absolutio à prædictis casibus Bullæ Cœnæ, & idem habetur in alia declaratione Urbani VIII. data die 17. Novembris anno 1628. quem referunt Diana tom. 3. tract. 2. Resol. 122. & Peirin. tom. 3. Privilegiorum, cap. 2. n. 38.

Diana. Peirin.

15.

Respondet Peirinis proximè citatus cum Molfesio, quibus adhæret Noster M. Frat. Antonius de Spiritu sancto in directorio Regular. tom. 1. tract. 2. disp. 1. sect. 1. n. 34. hujusmodi declarationes solum derogare privilegia Regularium quoad absolutiones secularium, non verò Religiosorum; & ita declaratum fuisse à sacra Congregatione de mandato Clementis VIII. cum Peregrino, Naldo tenet ipse Peirinis ad constit. 4. Sixti IV. num. 16. qui etiam ibi addit, ita responsum fuisse à sacra Pœnitentiaria 1617. juxta quam declarationem Clementis VIII. exponenda est declaratio sub Urbano VIII; quæ sententia cum sit tot Doctorum, suam habet probabilitatem.

Peirin. Naldus.

16.

Ex his sequitur quòd Prælati Regulares in foro conscientie possunt absolvere suos subditos, ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, excepta hæresi, de quo dicam quæst. sequenti, & à cæteris casibus reservatis; proindeque possunt absolvere suos subditos à simonia com-

missa tam in assequutione officii, ac beneficii, ac receptione Sacrorum Ordinum, ut docent Rodrig. tom. 1. quest. 2. art. 13. Suar. tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 21. num. 9. Peirinis tom. 1. privileg. leg. Minor. const. 2. Julii 2. §. 29. num. 88. Lezana tom. 1. cap. 18. num. 29.

Rodrig. Suarez. Peirin. Lezana.

Et etiam possunt absolvere suos subditos, censura incurfa ob contemptum clavium, ac à peccatis contractis ex confidentia privilegiorum, Rodrig. quest. 20. art. 15. Portel, in dubiis, verb. Prælati, num. 3. Lezana tom. 5. in Mar. Magn. Carmel. num. 570. quia licet in aliquibus privilegiis habeatur hæc clausula restrictiva, exceptis peccantibus ex confidentia prædictorum privilegiorum, tamen postea per alios Pontifices confirmata prædicta privilegia, illa clausula sublata est.

17. Rodrig. Peirin. Lezana.

QUÆSTIO III.

Utrum Prælati Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvere suos subditos ab hæresi occulta

SUMMARIUM.

- 18 Prima sententia affirmat. 19 Secunda, & vera negat. 20 Confirmatur, & corroboratur ex multis privilegiis sanctæ Inquisitionis.

Affirmativè respondent Rodrig. in quest. tom. 2. quest. 29. art. 9. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 21. per totam, Veiga in summa tom. 1. cap. 49. casu 1. Peirin. in privileg. Minor. tom. 1. constit. 4. Sixti IV. §. 5. n. 6. cum sequentibus, Hieron. Rodrig. in compend. Resol. 3. num. 3. compendium Societatis; verb. Absolutio, §. 3. & 7. ac 8. Peregrinus in compendium Privilegiorum, p. 2. tit. Absolutio quoad fratres, §. 2. Fundantur in privilegio, ac rationibus citatis superiori quest. n. 11. 12. & 13.

18.

Compendium. Peirinis.

Secunda sententia, & opposita omnino negat talem facultatem. Ita Sigismundus à Bononia in electis, dub. 79. num. 13. Afcanius Tamburinus de jure Abbat. tom. 2. disp. 14. quest. 15. num. 3. Portel, in dub. verb. Prælati, num. 24. Joannes de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 15. conclus. 1. Naldus in summa, verb. Novitius, num. 7. Sanchez in summa, tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 7. Megala consil. 21. num. 6. Novar. in singulari jure Pontif. concl. 3. num. 10. Avila de censur. part. 7. disp. 10. dub. 6. num. 3. Zanardus in director. Theolog. part. 2. cap. 12. Vechius in praxi Novit. disp. 9. dub. 6. num. 3. Graffius in Appendic. lib. 1. cap. 7. num. 22. Diana mordicus multis in locis, tom. 1. tractat. 5. Resol. 72. & Resol. 122. Thomas Hurtado, tom. 1. Hurtado, tract. 5. cap. 2. Resol. 17. num. 152. Pellizar. tract. 8. cap. 2. nu. 34. A. 39. Hæc secunda sententia est vera, & simpliciter tenenda, ac sequenda in praxi.

19. Sigismund. Tambur.

Portel. Cruz. Naldus.

Sanchez. Novar. Avila. Zanardus. Vechius. Graffius. Diana.

Hurtado. Pellizar.

20.

Dico ergo cum hæc secunda sententia, quòd prælati Regulares non possunt suos subditos absolvere, nec ab hæresi publica, nec etiam occulta, probatur, quia, ut testatur Portel, in Additionibus, verb. Abbas, num. 11. Sanctum Tribunal

Tribunal Inquisitionis, quod nos omni cultu veneramus, multas habet concessiones Apostolicas, quibus privilegia Regularium quoad absolutionem ab heresi abrogantur, & solum, talis absolutio pertinet ad Dominos Inquisitores, ut determinat Pius V. in sua Constitutione, quae incipit Pastoris Aeterni. Et novissime Paulus V. sub gravissimis poenis prohibet Religiosis, ne suos subditos in hac re judicent, sed illico eos ad Sanctum Tribunal deferant, ut referunt Barbosa de Officio, & potestate Episcopi, part. 2. allegat. 40. n. 40. Riccius in praxi fori Ecclesiastici, decis. 671. num. 1. edit. & Resolut. 423. in 2. editione, & ita habet communis usus, ac stylus, quia super talem crimen non cognoscunt Praelati, sed eos statim mittunt ad Dominos Inquisitores, ut testantur Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 18. quest. 12. Trullench. tom. primo, in Decalog. lib. 1. cap. 3. dub. 5. num. 1.

Barbosa, Riccius, Azor, Trullench.

RESOLUTIO XX.

Bulla Cruciatæ.

QUESTIO PRIMA.

An Regulares sine suorum Praelatorum licentia possint eligere confessorem qui virtute Bullæ Cruciatæ, à peccatis, ac censuris reservatis eos valeat absolvere?

SUMMARIUM.

- 1 Prima sententia & affirmativa.
2 Primum, & secundum fundamentum, & num. 3.
4 Proponitur, & solvitur obiectio contra hanc sententiam, & num. 5.
6 Secunda sententia & vera negativa.
7 Decreta Clementis VIII. & Urbani VIII.
8 Subterfugium Joannis Valerii, & Huradii.
9 Interpretatio Villalobos.
10 Intentio Clementis, & Urbani refertur ad ipsosmet Pontifices, & n. 11. & 12.
13 Leandrus de supplicatione Regis Philippi Quarti.
14 Sententia negativa verior, & maxime secunda in conscientia.
15 Confirmatur ex Martino de S. Joseph.



QUESTIO procedit tam de Fratribus, quam Monialibus cujuscunque Ordinis etiam Mendicantium. Affirmativam sententiam tenuerunt graves Auctores & Emmanuel Rodriguez in Bulla, §. 9. numer. 25. Ledesma tit. de Penitent. cap. 13. dub. 12. Medina de Confessione, c. 26. Collector. Privileg. verb. Absolutio ordinaria quoad Fratres, §. 16. Antonilles de Indulgentiis, Antonius Fernandez de Moura, Crox de statu Reli-

Rodrig. Ledesma, Medina, Collector, Antonius, Fernandez, Crox.

gionis, lib. 1. cap. 6. dub. 12. conclus. 3. pag. 58. & alii multi viri Docti Salmanticenses.

Probatur primò; quia in Bulla plumbea Cruciatæ ad illius effectum, derogantur omnia privilegia Mendicantium: Tenores ipsorum pro expressis habentes. Per quam clausulam derogantur quæcunque privilegia etiam de illis esset faciendâ singillatim expressa mentio, ut ex Decisione Rotæ habetur apud Puteum decis. 615. num. 6. lib. 2. Gabriel tit. de clausul. conclus. 5. n. 12. Menochius lib. 6. presumpt. 46. num. 2. Gonzal. Regul. 8. Glossa 36. nu. 12. Nec enim Summus Pontifex potest recordari de omnibus concessionibus suorum prædecessorum, nec eas singillatim referre, esset enim valde longus processus, & ideo sub illa clausula Tenores ipsorum pro expressis habentes, continentur, ac si de verbo ad verbum proponerentur. Ut notat Fredericus de Senis cons. 47. Gambar. de Officio Legati, tit. de potest. Legati in legibus, a num. 33. & 39. cum sequent. Gonzal. Reg. 8. Glossa 36. a n. 24. ergo per talem clausulam in Cruciatâ derogantur cætera privilegia cuique Ordini concessa.

Secundò, Bulla Cruciatæ in hoc Lusitanæ Regno concessa est ad instantiam, ac favorem Regiæ Majestatis, ac Summus Pontifex privilegia Regibus concessa, ac ad eorum instantiam, non intendit derogare, ac annullare. Argum. Text. in cap. fin. de Officio delegati, lib. 6. ibi: Regibus, & Reginis, qui sicut dignitatis altitudine præminent, sic prærogativæ gratia ipsos consueverit anteferre, dumtaxat exceptis, cap. aliquid, de privileg. lib. 6. Trident. sess. 25. cap. 9. de reform. ibi: Exceptis, quæ ad Imperatorem, seu Reges. Ut notant Stephanus de litteris, gratia 3. part. signatura, nu. 26. Cassian. in Catalog. gloria mundi, part. 5. considerat. 24. num. 202. G. v. lib. 4. Divers. cap. fin. num. 7. Gonzal. Reg. 8. Gloss. 9. a num. 25. & Gloss. 24. a n. 15. Et confirmatur: quia Cruciatâ concessa est in subsidium militum, qui pugnant in Africa, Asia, Europa contra infideles, ac Hæreticos, & valde vulgare est, quod privilegium in bonum utilitatis, ac necessitatis publicæ præferendum omni alii privilegio etiam concessio cum clausulis derogatoriis, ut tenent Decius consil. 10. num. 8. fundam. 3. Paulus Castren. consil. 278. in fine lib. 1. Selva de benefic. 3. part. 9. 14. num. 36. cum sequent. Celsus Hugo de clausul. num. 44. Gambar. num. 41. ad fin. Gonzal. Gloss. 36. n. 71. de locis.

Nec contra hæc obstat clausula posita in fine Bullæ; in qua dicitur: Præter facultates concessas Mendicantium Ordinibus Superioribus quoad suorum Ordinum Fratres. Quæ clausula posita in fine refertur ad omnia præcedentia. Bern. Reg. 85. cum seq. Gabriel. tit. de clausulis, concl. 9. a princip. Menoch. casu 94. n. 23. & 24. Proindeque cum in clausula antecedenti Summus Pontifex derogasset omnia privilegia, & indulta concessa etiam Ordinibus Mendicantium, & fecisset exceptionem de facultate Superiorum Ordinum quoad suos Fratres, manet expedita eorum potestas, ut suis subditis prohibeant, ne pro suo arbitrio eligant confessores, ut virtute Bullæ absolvantur à reservatis Ita Henric. lib. 6. cap. 17. §. 7. in Glossa P. & lib. 7. cap. 22. §. 2. ad finem. Glossa littera H.

2.

Rota, Gabriel, Glossa, Gonzal.

Frederic, Gambar, Gonzal.

3.

Decius, Castren.

4. Clausula, Bullæ.

Bernard, Gabriel, Menoch.

Henric.

Respondent Rodriguez in Cruciatam §. 12. n. 5. Crux de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 12. conclus. 3. Quod ista exceptio non respicit gratiam, & privilegium, de quo agimus, ad eligendum confessorem, cum clausula derogatoria aliorum sub quocunque tenore verborum, ut est dictum, sed tantum denotat facultatem superiorum esse integram quoad suos subditos ad dispensandum, commutandum, ac absolvendum ab irregularitate, votis, ac censuris. Nec obstat id, quod ait Henriquez, quod illa clausula posita in fine respicit omnes præcedentes: Hoc inquam nec obstat, quia Bulla plumbea post suas concessiones ait, Non obstantibus facultatibus, indultis, gratiis, & privilegiis. Ubi quatuor species continentur & tamen talis clausula solum unam respicit: Facultatem nempe superiorum; ergo tres alie non comprehenduntur, quia ut comprehendereur, necessaria erat clausula generalis, quæ omnes alias sub se clauderet, ut docent Aretin. in l. 3. filius in fine, de liber. & posthum. Gabr. ad conclus. 9. num. 6.

Contraria sententia, & negativa est hodie valde communis, eam tenent Corilian. de casibus reservatis, part. 1. sect. 3. art. 14. Portel. in dubiis. Regul. verb. Bulla Cruciatæ, n. 1. à Castro in explicat. Bullæ, quest. 107. Miranda in manuali Praelator. part. 2. quest. 34. art. 15. conclus. 2. Reginaldus tom. 1. lib. 8. cap. 3. sect. 3. num. 37. Suar. de Relig. tom. 4. r. 8. lib. 2. g. 16. n. 3. & post Garciam, Ledesmam, Cordubam, & Passarelum, Leandrus de Sacramentis, tom. 1. tract. 5. disp. 12. quest. 55. & alii multi, quos citat, ac Resolut. 14. part. 4. tract. 4. Resolut. 43. & part. 11. sequitur Diana part. 3. tract. de Bulla Cruciatæ, tract. 9. Resolut. 37.

Validissimum fundamentum hujus sententiæ, est, quod scilicet Regulares virtute Bullæ Cruciatæ non possunt eligere confessorem, & ab eo absolvi à casibus reservatis. Ita apertis verbis declaravit Clemens VIII. anno 1599. die 23. Novembris; & per suam Bullam confirmat Urbanus VIII. eadem sub die 19. Junii, anno 1630. & ait: Sed nostra intentionis fuisse, & esse; quod iidem Fratres, & Moniales tam ad Sacramentum penitentia, seu confessionis administrationem, ordinaria dispositioni suorum Praelatorum, & Sedi Apostolica quoad sibi reservata subiecti sint earum tenore præsentium perpetuo declaramus. Ita Pontifex, quæ verba sunt clara, & manifesta, & notandum quod hæc Clemens VIII. quem confirmat Urbanus.

Multi Auctores multipliciter varia effugia excogitarunt, ut vim horum Decretorum declinarent, & dicerent, quod adhuc post illa modo Regulares possunt eligere pro suo arbitrio confessorem, qui eos absolvat à reservatis: Primò Joannes Valerius diff. 1. conclus. 5. verb. Nulla confess. diff. 5. n. 2. Thomas Huradus variar. tom. 2. tract. 9. cap. 11. quod illa Decreta non obligant in illis Religionibus, in quibus non sunt publicata, quia leges tunc fiunt, ac consummantur, cum publicantur. Sed contra; talia Decreta sunt publicata Romæ coram Patribus Generalibus qui sunt capita Religionum, & valde difficile est, quod Provinciales illa scientes, non publicarent, cum maxime illud cederet in eorum auctoritatem.

5. Rodriguez, Crux.

Aretin, Gabriel.

6. Corilianus, Portel, A Costa, Miranda, Reginald, Suar.

7.

Clem. VIII, Urban. VIII.

8.

Valerius, Huradus.

Secundò; Henricus de Villalobos in summa, tom. 1. tract. 23. clausul. 9. §. 2. num. 12. affert Regulares posse virtute Cruciatæ absolvi etiam à peccatis reservatis, dummodo confessarii, quos per Bullam eligunt, sint ex deputatis, ac approbatis ab eorum Praelatis, ad eorum confessiones au tendas. Ita senserunt multi insignes, ac Doctissimi Cathedralici Salmanticenses, ac patres Societatis: Eorum ratio est, quia Bulla Clem. VIII. prohibet tantum eligere confessarios extra Religionem, ut à reservatis absolvantur; ut constat ex processu ipsius Bullæ; Et illorum præterea eligunt confessionem aliquando præter eos, qui à suis Praelatis eorum confessionibus deputati sunt. Et hæc quamvis sustineri possint, secundum Bullam Clementis, non tamen juxta diplomata Urbani VIII. qui præcipit, quod dicti Regulares: Ad Sacramentum penitentia, seu confessionis ministracionem, ordinaria dispositioni suorum Praelatorum, & Sedi Apostolica quoad sibi reservata subiecti sint. Ergo non possunt aliter eligere confessorem nisi juxta dispositionem suorum Praelatorum.

Tertiò; respondent Joannes de la Crux de statu relig. lib. 1. cap. 6. dub. 12. & cum Trulhen. Remig. in practica confessar. tract. 5. cap. 5. §. 4. Relig. n. 8. & Doctus P. Barnabas Gallego ex inclity Gallego familia Dominicana in Bullam cruciatæ, c. 12. clausul. 12. & Seraphinus de Freiras, juris Pontificii vespertarius Cathedralicus in universitate Vallisoleti in tractatu de eligendo confessore per Bullam Cruciatam, num. 25. eam probabilem dicit Sancius, in selectis, disp. 44. Sancius. vers. 10. circa finem, & num. 3. eamque insinuat Pontius de matrim. lib. 5. capit. 20. num. 7. Pontius & magis clarè, lib. 8. cap. 19. §. 2. numero 13. & 14.

Fundamentum est, quia prædicti Summi Pontifices Clemens VIII. Urbanus VIII. explicant suam mentem, cum in suis Decretis, ac bullis: nostra intentionis fuisse, ac esse, &c. quæ intentio spirat, ac extinguitur morte Principis, ac concedentis, cap. si gratias de rescript. in 6. Valasc. de jure emphe. quest. 34. Valascus num. 5. & 6. Gabriel. tit. de præbend. concl. 1. Gomez. Barbosa. num. 20. Gomez. l. 43. Tauri, num. 1. Barbosa num. 90. cum sequent. in l. quia tale, ff. solut. matrim. Nec obstant illa verba: perpetuo declaramus; referuntur enim in ipsis bullis ad concessiones ipsorummet Pontificum, & non extenduntur ad concessiones futuras aliorum Summorum Pontificum, quia postea successuri sunt, ut notant Collector Privileg. Tit. Absolutio ordinaria §. 6. Rodrig. in Bulla §. 9. n. 24. Rodrig. vers. Lo quinto Crux de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 12. conclus. 4. in fine, num. 25.

Quod confirmat citatus Freiras numero 27. quod Procurator Societatis Jesu post publicatam Bullam Cruciatam, postulavit à sua sanctitate confirmationem suorum privilegiorum ut tali concessione posteriori bullata privilegia maneat in suo robore, ut advertit Henriquez lib. 3. de penitent. cap. 17. §. 7. lit. O. Q. od si Henric. ita non intelligeret, ad quid talis exigeretur confirmatio, ac impetratio nova privilegiorum ex regula l. 1. C. de thesaur. lib. 10. Et hic dicendi modus valde probabilis est.

Quartò, respondet Leandrus à Murcia in Reg. S. Francisci, quest. 1. cap. 7. numer. 17. Quod super decretum Urbani VIII. supplicatum fuit

9. Villalobos.

10. Crux, Trulhen.

Freitas.

11.

Valascus, Gabriel, Gomez, Barbosa.

Collector, Rodrig, Crux.

12. Freiras.

13. Leandrus.